

Joël Biard, 11 mai 2023, « Matière et mouvement »

1. Blaise de Parme, *Questions sur la génération et la corruption*, I, q. 1, ms. Vat. Chigi O IV 41 [= ms. C], f^o 1rb : « Quantum ad primum ponitur ista conclusio a multis antiquis : infra concavum lune nihil aliud est preter materiam primam »

2. *Ibid.* : « Omnia possunt salvari ponendo solum materiam primam ».

3. *Questions sur la Physique*, 1^a red., I, qu. 7, ms. C f^o 237ra-rb [ancienne numérotation] : « Est igitur ymaginandum quod tota materia inclusa inter concavum orbis lune divisa est in quatuor partes substantialiter equales sed quantitative inequales, que partes dicuntur quatuor elementa sic quod partem rariorem appellamus ignem et partem ponderosiorum terram etc. Et inter has partes reperiuntur quedam parve portiones figurate diversis figuris, quibus figuris et operationibus aliqui appellantur homines et aliqui asini et aliqui lapides etc. »

4. *Qu. Phys.*, I, qu. 7, f^o 237rb : « Quinta conclusio : quilibet homo est eiusdem speciei et rationis cum asino. Patet quia homo et asinus non sunt nisi due portiones materie. Sexta conclusio : non plus ab asino differt homo quam asinus. Patet ut supra »

5. *Ibid.* : « Iste terminus “homo” est terminus connotativus connotando materiam primam taliter vel taliter figuratam secundum quam ista portio materie dicitur homo ».

6. *QGC*, I, 1, f^o 1rb-va : « aqua calefacta, remoto calefaciente, reducit se ad frigiditatem pristinam, ergo caliditas que fuerat in ea erat distinguens sibi ».

7. *Qu. Phys.*, 1a red., qu. 12, f^o 254vb : « quodlibet elementum habet in se materiam et formam tamquam partes eius essentielles. Probat quia [...] est dare aquam calidam, qua data, remoto calefaciente et absque influxu extrinseci corporis, reducit ad frigiditatem ».

8. *Qu. Phys.*, 1a red., I, 12, f^o 256ra : « Quarta propositio : quod quilibet res naturalis per se seorsum existens sit substantia simplex est probabilius quam oppositum. Patet quia dicere quod in omni substantia per se seorsum existente sint due substantie specificè differentes nulla ratio cogit nec experientia docet, nec est per se notum, nec deducibile ex per se notis, igitur talis pluralitas vel compositio non est ponenda ».

9. *Qu. Phys.*, 1^a red., I, qu. 12, f^o 256vb : « Primum : cum materia non sit alicuius activitatis, fatendum est qualitatem unam vel plures qualitates esse principium principale omnium mutabilium. Patet. Secundum corelarium : cum materia non sit alicuius activitatis, fatendum est unam vel plures qualitates in vigore primo esse forme substantialis productivam ».

10. *Qu. Phys.*, 2a red., I, qu. 8, ms. Vat lat. 2159 [= ms. V1], f^o 78vb : « quod cuiuslibet rei naturalis forma substantialis sit qualitas una vel plures, sic vel sic proportionate, non est firmiter asserendum ».

11. *Qu. Phys.*, 2a red., II, q. 3, ms. V1 f^o 89va-vb : « una res dicitur aliam excedere essentialiter quando sic excedit quod omne individuum illius speciei per tantum excedit et precise per tantum. Unde per quantum Sor excedit asinum in perfectione essentiali, per tantum omnis homo, sive magnus sive parvus, sive sapiens etc., excedit quemlibet asinum precise per tantum »

12. *Qu. Phys.*, 1a red., II, qu. 4, ms. C f^o 274 vb : « Sit ultima conclusio : forma substantialis in vigore proprio et formaliter est productiva forme substantialis. Patet statim quia cum forma substantialis producat de novo in actu generationis est dare generans a quo formaliter generatur et potest dari nisi sit forma substantialis ».

13. *Questiones de generatione et corruptione*, II, 8, ms. C f^{os} 52vb-53ra : « Alia conclusio : celum et intelligentie moventes ipsum et certus aspectus astrorum sunt cause principales active generationis et corruptionis hic in istis inferioribus. Patet ista conclusio auctoritate Philosophi in textu huius IIⁱ : dixit enim quod motus accessus et regressus Solis in obliquo circulo est causa generationis et corruptionis etc. »

14. *Qu. Phys.*, 2a red., II, qu. 7, ms. V1 f^o 97vb : « Per causam universalem intelligitur totum celum etc. [*i.e.* totum celum cum suis astris taliter lumine et influencia et motu influentibus] non circumscribendo a proposito influentiam que assidue fit a prima causa, quia si illa non influeret nec celum influeret ».

15. *Questions sur l'âme*, III, qu. 9, ms. C f^o 214rb (n.n.) : « Patet conclusio per hoc quia, ut volunt astronomi et specialiter Ptholomeus nona propositione sui *Centiloquii*, iste mundus inferior subiectus est celestibus ymaginibus, et sic iste mundus inferior dependet a superiori ut ab astris qui utique sunt naturalia agentia, que in suis actionibus nequaquam impediri possunt ».

16. *Qu. An.* : « Item ad quid valerent libri astronomorum facti de nativitatibus in astronomia, per quam scientiam deprehenduntur accidentia nati et duratio vite sue, et quicquid de corpore et de anima et post eius vitam ».

17. *Qu. Phys.*, 2a red., II, qu. 7, ms. V1 f^o 97rb : « ab astris hic inferius omnis proportio elementalium qualitatum et omnis latitudo proportionum earumdem qualitatum est possibilis causari ».

18. *Qu. Phys.*, 2a red., I, qu. 3, f^{os} 65vb-66ra : « Et patet etiam hoc per rationem, quoniam constat quod nulla particulari rana existente contingit rana generari, modi in aliqua porositate terre, et aliquando in media regione aeris, unde sepe a media regione cum pluvia multe rane ceciderunt que ibidem sunt genite »

19. *Qu. Phys.*, 2a red., II, qu. 7, f^o 96rb : « a media regione sepe ceciderunt rane, pisces, vipere et vitulus, ut narrat Avicenna in eius *Metaphysica* ».

20. *Qu. An.*, I, qu. 8, ms. C f^o 129vb (n.n.) : « in media regione, sepe vigore alicuius astri vel plurium, generata sunt animalia diversarum specierum, visa a nobis cadere deorsum, ut sunt rane, pisces, boves, etc. »

21. *Ibid.* : « In tanto enim et arduo casu putandum est quod Noe habuit aliam curam et sollicitudinem : non enim homo libenter cum leone tribudiat, nec agnus cum lupo ».

22. *Ibid.* : « Undecima conclusio : evidens est ex putrefactione hominem naturaliter posse generari. Patet evidenter ista conclusio quia alias mundus fuit sic reparatus ut quod, post tempus diluvii, natus est homo ex putrefactione ».